

Cynoxyllon, Chamæleontē nigrum uocat
Dioscor. lib. 3. cap. 10. propter grauitatem
odoris, quoniam ὄζειν, olere græcis est.

C I P

Cyparissias, Tithymali species quinta, a-
pud Dioscor. lib. 4. cap. 168.

Cyperus in Aegypto est arbor semine Co-
riandri, candido, odorato, quod coquitur
oleo: & inier odoratos frutices numera-
tur. Hierony. in Cōmentarijs Cantic. tra-
dit Cypron esse genus uirgulti, quod fru-
ctum ferat odoratum in modum uuæ flo-
rentis, & Cypros uua florens appellatur.
Præterea Cyperon uocant iuncum quen-
dam triangulum, quem multi non discer-
nunt a Cypiro, uicinitate nominis. Plin.
distinguit utrumq;: aitq; Cypirum esse gla-
diolum, radice bulbosa; Cyperū uero iun-
cum angulosum, iuxta terram candidum,
cacumine nigrum, folia porraceis exilio-
ra, radicem oliuæ nigra similem, Cyperi-
da uocari, magni in medicina usus. uide
Columellam, lib. 12. cap. 21.

κύπερος, Cyperus, id est, Erysisceptrum.

Cyperus, inter alia etiā maioris Dracon-
tij cognomentum.

κύφι, thymiamatis cōpositio est, dicata Dijs
qua abunde Aegyptij sacerdotes utuntur:
in antidota misceri solet; græce κύφι, Dio-
scor. lib. 1. cap. Cyphi.

κύφυκος καυτεος, concremata buccina.

Cypon, genus palustris herbæ. Lege Di-
oscoridem lib. 1.

Cyprinus, piscis marinus. Plinius, libro .9.
capite, 16.

Cypripum, Aiuga, uel Chamæpitys apud
Dioscor. lib. 3. cap. 176.

Cypros, alias apud Plinium Ligustrum.

Cyprus in Aegypto est arbor Ziziphi fo-
lijs, semine Coriandri, flore candido, odo-
rato. Coquitur hoc in oleo, premiturq;
quod postea Cyprus uocatur. Plin. lib. 12.
cap. 24. Quidam Ligustrum esse putant:
quæ & in Italia nascitur. Theophrastus ue-
ro Cyperinon unguentum sic uocat.

Cypseli. Lege, Apodes.

κύψελιδες, και κύψελαι, aurium sordes.

Latini, aurium marmorata uocant, autore
Plinio. Iuniores etiā Cerumina.

C Y R

Cyrenaici canes, ex lupis & canibus editi,
Crocute dicti.

Cyribia, excreta tritici, aut hordel.

Cyrillus medicus, citatur ab Aureliano, li-
br. 9. capite, 49.

Cyrites panis, qui ex polline consistit, mini-
me omnium nutrit.

C Y S

Cyssophyllon, Cyclamīnos.

κύσις, uesica.

Cystiolithi, lapides qui spongijs innascun-
tur: sic dicti, quia uesiculæ medeantur.

C Y T

κῦτινος. Lege, ὑπόκυσσις.

Cytinus aliter ab alijs exponitur. Dioscor.
lib. 1. florem Punici interpretatur, sed sa-
tiuæ, Balauftium uero syluestris. Plin. li-
bro. 3. cap. 6. pomum ipsum immaturum,
& primum partum eius florere incipien-
tem Cytinum appellat. Cytinū ipse quoq;
Dioscor. cognominat Apollinaris herbæ
florem: cæterum non proprie, sed per
translationem. At Cicum M. Varroni di-
citur membranula prætenuis in malo pu-
nico inuenta. Vnde Cicures, animan-
tes quæ non sunt feræ atq; agrestes. Vide,
Balauftium.

Cytifus, uel Cytifum, hederæ modo stran-
gular fata, meminit Dioscor. li. 4. ca. 114.

Cytrago, Dioscoridē Melissophyllon, lib.
3. capite, 117.

κυρτά, gibba, summitates in ipso iocinore:
eius inferiora uero, σιμά.

κύρτοσις, mediæ spine affectio.

κῦτος, uide Balauftium. Est autem os capi-
tis uniuersum. Pollux, latine Caluam, uel
Caluariam dicit.

D ^δ D A C
Acar, græce δάκας, insuauis &
uilis cassia.

δακρυόποιος, lachrymas ciens.

δάκρυον τοῖς αἰθιοπικοῖς ἐλάϊας, id est, la-
chryma oleæ æthiopicæ. Lege. Lachry-
ma æthiopica.

δακτύλιος, uide Porus, & Orron.

Dactylos, nostra ætas, & uulgus medicorū
omne Palmulas, uel Palmę fructum facit:
cum tamen proprium genus & nomen o-
lim habuerint, Vergilio teste, qui in Pal-
marum censu, prælonga gracilitate curua-
ti, humanis digitis, quos græci δακτύλους
uocant, similes erant. Lege φοίνιξ, & Pal-
ma, Plinius libro, 9. capite, 61. Nusq; non

Quidam duntaxat
sunt in palmis
similes, uocantur
hæc.

D A

Iucent, etiam dentibus adhuc triti.
 Dactylus Idaeus, Pæonia apud Dioscoridē
 libro. 3. capite. 158.
 Dactyli, uiræ sunt prælongis acinis por-
 rectæ. Vnde & nomen a digitorum lon-
 gitudine fortiuntur: sicut & Dactylites di-
 ctæ a digitorum gracilitate. Bumasti ue-
 ro ab eo nominantur, quod tument mam-
 mæ modo. De quibus poeta: Tumi-
 dis bumastiæ racemis. Alio nomine Bu-
 mamam uocant. Mos est Græcorum, in
 magnitudine rei demonstranda, appone-
 re hanc particulam, Bu. ut docet. Suidas.
 Hinc *βούπεινα ἢ μεγάλη πείνα*, id est,
 magna fames. Hinc *βούλιμον καὶ βου-
 γλόσσον*, aliaq; compluscula, autumat M.
 Varro a bobus dici, plæraq; id genus ma-
 gna, in Columella libro. 3. cap. 2.
 Dactylion, Scammonia apud Dioscoridē
 libro. 4. capite. 182.

Dactylitis, Aristolochia longa, Dioscor.
 libro. 3. capite. 5.

D A G

δάγμα, καὶ δῆγμα, morsus serpentis, uel
 rei uenenatæ.

D A L

Dalion, herbarius medicus, citatur a Plin.

D A M

Damæ mansuescunt raro, cum feræ dici ue-
 re non possint. Plin. lib. 8. cap. 16.

*δάμαλαι καὶ πόρτιοι αἰ μίπω εἰς ζυγὸν
 ἐλθοῦσι*. Theocriti interpres, *ἀντι δαμά-
 λησ*, quanq; dicitur & *δαμάλη*.

δαμασσώνιον. Lege, Halimum.

Damassionion, Alisma apud Dioscoridem
 libro. 3. capite. 170.

Damnamene, Leontopodion apud Diosco-
 ridem libro. 4. cap. 132.

D A N

Danae, Laurus alexandria apud Dioscor:
 libro. 4. capite. 148.

Danaïs, Coniza apud Dioscoridem libro. 3.
 capite. 135.

Damales, Iuuenius. Phociō damalin omne
 animal existimat in iuuenta.

D A P

δάφνιον ἔλαιον, oleum laurinum.

Daphnitis, uinca peruinca apud Dioscori-
 dem libro. 4. capite. 150.

δάφνιτις, interdum Cassia electa. Lege,
 Casia.

Daphnidon, emplastrum nobile ad extra-

D A

hendum: quod græce *ἐπισπαστικόν*, sic di-
 ctum, quia constat *δία δαφνίδων*, id est,
 ex baccis laurinis. Celsus libro quinto, ca-
 pite decimo nono.

Daphnoïdes, Clematis apud Dioscoridem
 libro. 4. capite. 8.

Daphnoïdes, & ipsa Laurus syluestris, a-
 pud Dioscor. lib. 4. cap. 149.

Daphnois, id est, Isocinnamon. Plinius li-
 bro. 12. capite. 9.

Daphnos, Laurus Alexandrina apud Di-
 oscor. lib. 4. cap. 148.

Dapsilis, musto larga, copiosa, & musti u-
 bertate luxuriās. Dicro græca est, nostris
 frequēter usurpata. *δάψιλλεια* dicitur lar-
 gitas, & opulentia, ut inquit Suidas. *πολυ-
 τελλεια δάψιλλησ ὁ πολύτελλησ*, in Colu-
 libro. 3. capite. 2.

D A R

Daratos, panis non fermentatus.

Darenion, Sium: quod quid sit lege, Sium.
δάρκα. Lege, Casia.

Dardanus, Cicuta apud Dioscoridem libro
 4. capite. 82.

Dardanion, Aristolochiæ species tertia, Cle-
 matitis dicta: de qua uide Dioscoridem li-
 bro. 3. capite. 5.

δάροισιν Hierophylus excoriationem appel-
 lauit, modo quo anatomici cadauera exco-
 riant: a uerbo *δέρω* deriuans, quod tam
 actioni, q̄ effectui commune est.

Darsifan quid reuera sit, uehemens hodie
 controuersia. Nec hic sane conueniunt A-
 rabum interpretes. Nam Euricius Cor-
 dus, uir ueterem Medicinam edoctus, A-
 phalathon esse cōtendit eam, cuius memi-
 nit Dioscorides libro. 2. Verum huius sen-
 tentiam ut non facile improbarim, ita non
 habeo cur affirmem: maxime cum in hijs
 atq; alijs peregrinis, non aliter q̄ cæci in
 tenebris palpemus. Nec hic quicq; ad rem
 facit opinio, suspicio, sed loca adeunda, cō-
 syderandæ & cōtemplandæ res ipsæ sunt.
 Toti sunt in hijs suspicionibus etiam Ma-
 nardus & Leoniceus, magno interim
 risu multorum.

Darsion, id est, Aphalathus. Lege, Aspa-
 lathus.

Dartæ, Lege, *δάρτοι*.

δάρτοι, sunt membranæ exteriorē pellem
 eritroidi tunicæ agglutinantes, ipsiq; ea
 parte adhærentes, qua ipsa testibus a po-

D A
 heriore parte annexa est.
 iorem laxam ac rugosam
 culis circumtextam, Scro-
 lus libro. 6. capite. 64.
 ijsq; ualentior tunica, q̄
 tementur una parte in hanc
 D A
 Dioscor. Lege, Thia
 Dapsis, Chrysospermon apud
 libro. 4. capite. 59.
 Dapsodes, Lege, Lepus
 Dapsodion, Viola purpurea
 ser. libro. 4. capite. 127.
 D A T
 Dactylion, eius minus p
 canda uindemia.
 D A V
 Darcos, scoriculo similis
 uide apud Dioscor. lib.
 bro. 19. cap. 5. item lib.
 lino et neutro dici, ex au-
 mus: a nostris uocatur,
 Darcus Dircus, quid sit
 scor. libro. 3. capite. 51.
 Darcus Creolicus, Darcus
 bator apud Dioscor. lib.
 lino et neutro dici, ex au-
 Darcus syluestris, pes gal-
 D E A
 Denticulatio, est mutatio
 su secundum naturam, u
 naturam.
 D E C
 Decacuminare, est cacum
 de decacuminatio. Plini
 decacuminatio rationem
 ceq; cædi, hæ enim detra
 ignibus adusto, inter eum
 bro. 5. capite. 4.
 Decacuminatio, id est, pro
 num arboris detractio, q̄
 beat, require ex Theop
 Decameron, id est, Dec
 ex decem rebus, describit
 non. 11. cap. 44. A lia
 Decipulare, est oleum de
 fusile. Nam elurrare, s
 tusum. Vide, Elurrare
 Decimois, caperes den
 utrimodum. lib. 11.
 Decilio uocatur mali, cum
 Deciliatio, uari uocatur

D A

steriore parte annexa est. Hæc uero exterioriorem laxam ac rugosam pellem, testicularis circumtextam, Scrotum uocant. Paulus libro. 6. capite. 61.

δ'απρον, ualentior tunica, quæ interiori uehementer ima parte inhæret, eodem loco.

D A S

Dasmophon. Lege, Thlaspi.

Daspis, Chrysolpermon apud Dioscoridē libro. 4. capite. 59.

Dasyodes. Lege, Lepus terrestris.

Dasypodion, Viola purpurea, apud Dioscor. libro. 4. capite. 123.

D A T

Dathiathum, thus minus probatum, & secunda uindemia.

D A V

Daucos, fœniculo similis herba, species eius uide apud Dioscor. lib. 3. cap. 81. Plin. libro. 19. cap. 5. item lib. 25. cap. 9. Masculino et neutro dici, ex autoribus obseruauimus: a nostris uocatur, Gallica pastinaca.

Daucus Dircaus, quid sit, uide apud Dioscor. libro. 3. capite. 81.

Daucus Creticus, Daucus electior atq; probatior: apud Dioscor. lib. 3. cap. 81.

δαυκος αγριος, Daucus agrestis.

Daucus syluestris, pes galli.

D E A

Dearticulatio, est mutatio, uel corruptio ossis secundum naturam, in locum præter naturam.

D E C

Decacuminare, est cacumen decutere. Vnde decacuminatio, Plinius. Hęc similis & decacuminatio rationem habet cupressi, pice, cedri, hæ enim detracto cacumine, aut ignibus adusto, intereunt. Columella libro. 5. capite 4.

Decacuminatio, id est, comarum & cacuminum arboris detractio, quomodo fieri debeat, require ex Theophr. lib. 4. cap. 17.

Decamæron, id est, Decumanum, cõstans ex decem rebus, describitur ab Aetio sermone. 12. cap. 44. Alias, Decamyrum.

Decapulare, est oleum de uase in uas transfundere. Nam elutrare, & transuafare latius patent. Vide, Elutrare.

Decemmodiæ, capaces decem modiorum, ut trimodiæ trium. lib. 12. cap. 18.

Decessio uocatur mali, cum inclinatur.

Declinatio morbi uocatur, omnis ea pars,

D E

quæ uigorem ipsum subsequitur usq; ad secundæ accessionis principium. Galenus lib. 1. Crisium, cap. 3.

Decolor. Lege, Color uarius.

Decoctio dicitur, quando herbæ, flores, semina, radices, uel aliud cuiuscunq; generis decoquitur in aqua communi, uel distillata, seu aliquo liquore: ut uirtus harum rerum per decoctionem recipiatur, in aquis in quibus decoquuntur.

Decretorium sydus, tempusq; dicitur id, ex quo de prouentu aliquarum rerum futuro sumitur iudicium. Vnde sua quoque medici auguria, dies Creticos appellant, quos nostri Decretorios uocare possunt.

Decumanum uocant limitem, secantem agrum ab exortu ad occasum: uineas quoq; limitant decumano. Colum. lib. 4. ca. 20.

Decussabimus, id est, deformabimus, ducemusq; in decussas, id est, denormabimus, digeremusq; ad æquilibrium. Hoc uerbo utitur & Vitruuius: dictumq; uidetur a decussibus, hoc est, a denario numero, qui perfectus & absolutus est. Quidam legunt, decussauimus, ut sit præteriti temporis: quod intellectui magis quadrat. Quod autem ait, in speciem græce literæ: neq; *δ*, intellige, neq; *λ*, ut quidam opinantur: sed *χ*, talis em̄ litera stellæ similior est, cuius effigiem representare ait hanc machinam. Colum. lib. 4. cap. 13. Hinc in stellam decussare ait lib. 4. & decussatim per decusses, & per frustra cuiusdam magnitudinis absolutæ: sicut decussis, hoc est, denarius numerus perfectus habetur. Libro. 12. capite. 53.

D E F

Defecta corpora, & defecti sunt, quos Græci *ωαρετοις* uocant, quasi resolutos: & resolutionem ipsam *ωαρεσις*.

Defectio animi, Syncopis.

Deficientes morbi. Lege, Morborum quidam continui, &c.

Definitio secundum aliquos, est oratio demonstrans cuiusmodi est illud de quo fit sermo. Vel sic: Definitio est oratio mentis conceptum aperiens. Hanc alij sic definiunt: Definitio est, quæ cõpendiosa sub monitione nos in rerum cognitionem uocibus subiecta adducit. Aut hoc modo: Definitio est oratio id esse quod est, demonstrans. Aut: Definitio est oratio, quæ de-

D E

clarationem & intelligentiam rei demonstrat, & elucidat. Definitio item est rei quasi in uniuersum dicta, non tamen uniuersalis, in propositione per singulas partes, siue in uniuersum deductio.

Defluxio capillorū, est decidētia sequens plerumq; deficientes; aut qui ex morbo longo conualescunt.

Defrugare segetem uidetur, qui uel nimia foetura exinanit agros; uel per inscitiam, aut negligentiam perdit, laceffitue fruges. Omnino, cū uel festinaca sementis est, uel serotina, praepropereq; , aut praepostere quid agitur, defrugari segetem contingit.

Defrutum uinum, quod ad tertiam partem decoctum est. De quo, & passo, & sapa Columella plurima.

Defrutare. A defruta, inclinatum est uerbum defrutare, quod significat defrutum conficere, & saram coquere. Vnde & defrutariae cellae nomen est inditum. Defrutum uero a deferuendo dictum est, significatq; uinum decoctum ad dimidiam mensurae partem, redactumq; ad spissitudinem mellis, cuius uicem quoq; praestat. Colu. libro. 2. capite. 22.

Cellam defrutariam. Impositum est nomen uillae defrutariae, ab eo, quod in ea fit defrutum. Est autem defrutum uinum ad dimidiam mensurae partem decoctum, ut docet Plinius. Autumat Palladius, defrutum a deferuendo dictum.

Defunctus, pro cadauere. Quod & sepultura quoq; Ciceroni dicitur quandoq; , ut cū ait, Illam insepultam sepulturam.

D E G

Deglutio, est nutrimenti humidi & sicci a stomacho ad uentriculū attractio. Vel sic.

Deglutio est humidi, & alimenti ex ore per stomachum in uentriculum delatio.

D E I

Deiectiones syncerae apud Hippoc. uocantur impermixta aqua se humiditati: quoniam solus humor euacuatus deijcitur, siue biliosus, siue melancholicus, siue porri colorem praese ferens, siue bilis quae sanguinosa nominatur. Galenus lib. 7. Aphorismorum, apho. 23.

Deiectionem alui, uide apud Cels. li. 2. ca. 11.

Deijcere aluum, excrementa reddere.

D E L

Delcani, a Delcano amne dicti pisces, salsa-

D E

mentis idonei: quos alij Leptinos, & Lebianos cognominant.

Δελτυρία, medicamina quae non alunt quidem in corpus adsumpta, sed magis euacuant, aut huiusmodi aliquid efficiunt in corpore. Cuiusmodi uocantur ea, quae hodie et καθαρκικά dicuntur. De Deleterijs plura Gale. 3. temper.

Διλητήριον φαρμακον, id est, perniciosum atq; mortiferum medicamentum.

Delphica laurus. Lege, Laurus delphica.

Delphines, in mari Bosphoro Thraciae. Naturas eorū post Plin. nemo pulchrius depinxit Solino, cap. 22. de Delphino, alias apud Plin. lib. 9. cap. 9.

Delphinias, Delphinium apud Dioscoridē libro. 3. capite. 82.

Delphinium, herba Sena, cuius folia hodie habentur in myropolijs, de qua uide Dioscor. lib. 3. cap. 82.

Delphinus discipulus Acronis. Item Empiricus. Galenus.

Delphax, Graece δέλφαξ, porcus est adultus atq; masculus: ut grammaticus Aristophanes existimat. Certe Delphax & pro foemina suae capitur quandoq; a poetis.

Delphinorum lepida historia, apud Gellium libro. 7. capite. 8.

Delphini etiam naturam uide apud Plinium libro. 9. capite. 8.

Delibretur, detorticetur. Decorticatio, id est, corticis detractio, infesta est & exitialis arboribus. Nam nouellae in primis arbores, cortice in orbe detracto necantur. Excipitur suber, quod sic etiam iuuatur, uide Colum. lib. 6. cap. 4.

Delicata, ganeata, saliaria, lauta fercula, opsonia, & bellaria.

Deliarium, Coniza apud Dioscoridem libro. 3. capite. 135.

Delyrium, errans, et deprauatus spirituum in cerebro corrupto motus.

Delyrium, mediocris insania est. Galenus libro. 7. Aphorif. 9.

D E M

Demarchus, Medicus, plura scripsit, & citatur ab Aureliano.

Demenij. Lege, Pomi nomen.

Demetrii duo fuerunt. Vnus Attalaeus. Alter Appameus Herophili hereseos: ex quibus Appameus libros aliquot interierum posteritati dedit.

*Democritus medicus uoluntaria uide
Suidam
Democritus Hippocrati ad se uocatum
u. lac. ferunt. 27. Suidam.*

D E
Demon metallus, Bergm
Dementia. Lege, Perf
Demon bonus, Peucedan
Demos, Caranace apud
lib. 4. capite. 17.
Demosthenes quidam, &
Rufus, Adamantius
Heredonius, aliquoties a
citatur, de natura & mor
Ptolemaeus de uniuersi corp
Quae alia insignia scrip
Democritus uir praestanti
medicus factus, ut inquit
librum de Antidotorum
libus eleganter complexus
ad Pisonem.
Demos, pinguedo.
D E
Denarius. Vide, Vncia.
Dendrodes, est sub arbor
bram humiliter conuaga
uentas domos, ueteres
Siculus testatur.
Dendrodes, arbor thum
Dendrodes, Tithymali spe
Dioscor. lib. 4. cap. 106.
Dendrodes, arboreus.
Dendrodes, arbutula.
Dendrolachana, Oleri arbo
Densilia sunt, quae cunq;
blem fixamq; habent p
Meteoro. capite. 9.
Dens, uertebrae cuiusdam
uertebra dentiformis no
nit Gale. de locis affecti
Dens. Cum dentibus na
Papyrius puer, & M. C
Solinus capite. 4.
Denium uice quidam es
emanatur. Sic Prusia
Denium numerum dicit
rus. In tiris enim plu
quiores. Idem.
Dens abum conterunt
ad uocis articulationem
Denium, puluis quo
mordant dentes.
Denium plumbeum,
yvy.
Dentis. Lege, Pisonem se
Denium dicitur, quod me

D E

Dæmon metallus, Bergmeñlin.
 Dæmonifuga, Lege, Perforata.
 Dæmon bonus, Peucedanum apud Diosco-
 ridem libro. 3. capite. 90.
 Dæmos, Catanance apud Dioscoridem li-
 bro. 4. capite. 135.
 Demosthenes quidam, & Seuerus, & An-
 tylus, Rufus, Adamantius, Athenæus, &
 Herodotus, aliquoties a Georgio Valla
 citantur, de natura & morbis oculorum.
 Præterea de uniuersi corporis purgamen-
 tis. Quæ alia insignia scripserint, nō lego.
 Democrates uir præstantissimus, ipse quoq;
 medicus factus, ut inquit Gale. integrum
 librum de Antidotorum confectura uer-
 sibus eleganter cōplexus est, lib. de Ther.
 ad Pisonem.

Demos, pinguedo.

D E N

Denarius, Vide, Vncia.
 δένδρον αἰθέριον, est sub arboris, uel quercus um-
 bram humiliter confugere. Quod ante in-
 uentus domos, ueteres fecisse, Diodorus
 Siculus testatur.

δένδρον θύρισσον, arbor thuris.

Dendrodes, Tithymali species sexta, apud
 Dioscor. lib. 4. cap. 168.

δένδρον ῥόδον, arboreus.

δένδρον ῥύφιον, arbutula.

Dendrolachana, Oleri arbores.

Densatilia sunt, quæcunq; præstabilium sta-
 bilem, fixamq; habent præstationem. 4.

Meteoro, capite. 9.

Dens, uertebra cuiusdam nomen, quæ &
 uertebra dentiformis nomine alio. memi-
 nit Gale, de locis affectis lib. 4. cap. 5.

Dens, Cum dentibus nati sunt quidam, ut
 Papyrius puer, & M. Curcius dentatus,
 Solinus capite. 4.

Dentium uice quidam ossis unius soliditate
 armantur, Sic Prusias, Solin. lib. 4.

Dentium numerum discernit qualitas se-
 xus. In uiris enim plures, in mulieribus
 pauciores. Idem.

Dentes cibum conterunt, conficiuntq;: &
 ad uocis articulationem nonnihil faciunt.

Dentifricium, puluis quo atteruntur, & e-
 mundantur dentes.

Dentiducum plumbeum, lege, δόντα-
 γώγον.

Dentrix, Lege, Piscium fere.

Densum dicitur, quod meatus dēfos habet.

D E

D E P

Depastiones, quæ græce νόματι.
 Depletur. Exhauritur, educitur ex uasis
 post pressuram. Statius. Digno deplemus
 haustu. Cato. Oleum si poteris, bis in die
 depleto. Idem dixit, Amurcam dehauri-
 to. In eodē significatu, Plinius noster uer-
 bo infrequenti, sed elegantissimo ait: oleū
 sæpius die decapulandum, pro eo quod
 est, deplendum, dehauriendumq;. A Ca-
 tone dicitur Capulator is, cuius officium est,
 ut concha oleum diligentissime tollat, ac
 depleat: de quo mox paulo sic scribit Colu-
 mella. Protinus capulator depleat. Vti-
 turq; persæpe hac dictione. Dicitur autē
 Capulator, a Capula, quod nomen est ua-
 sis, cuius nominis Nonius & Varro me-
 minerunt in Colu. lib. 12. cap. 49.

Deplere, euacuare idem.

Deprauata appetentia, partim inmoderati
 cibi & potus cupiditas, partim alienæ qua-
 litatis desyderium.

Depsiticum, a depfando. Est enim Depsa-
 re, subigendo manibus aliquid molle & te-
 nerum reddere. Quod uerbo frequenter
 utitur Cato.

Depingere. Vnius literæ immutatione tol-
 lendum est mendum, ut legas: Depange-
 re, quod plantare significat. Itidem paulo
 mox, Quinq; maleoli pangendi sunt, in
 Colum. libro. 3. capite. 16.

D E R

δέρκασον, insuavis & uilis Cassia.

λερκευμενία, Lege, Lepus terrestris.

δέρμα, cutis.

Derteron. Smidas.

Dermaptera. Smidas.

D E S

Despuere in sinum ter, olim aduersus fasci-
 nationes in usu habitum a supersticiosis:
 uel Ouidio teste, Despuat in molles sibi
 quisq; sinus. Et Theocritus, ωσ μή βασκαν
 θώ δε τρισ εισ ἐμόν ἐπηυσα κόλπου, id
 est, Despui & ipse sinum ter, ne quis forte
 noceret.

Desquamare, græce, ἀποοῦσματα.

Destillationes dicuntur, qui ex oculo ferun-
 tur humores, qui nec cohiberi possunt, nec
 uolentibus nobis fiunt: a lachrymis hoc
 solo differentes, q̄ lachrymæ non semper
 fluunt, & electionē uoluntatemq; aliquan-
 do in nobis habent.

Desultorij, sine ephippijs equi ad cursum a-
 pti, quos græce Celietas uocant. Hij quon-

dam, teste Tranquillio, a nobilissimis iure
nibus agitabantur, nunc a ministris etiam
& neglectis.

Desyderia mulierum, latini uocant eleganter,
Menstruorum nutrimenta.

D E T

Detrimialis uocatur, quando pupilla latior
naturali apparet, & uisa minora ueris ui-
dentur.

Detrullare, uide, Elutrare.

Δαιτισ, caput allij, uel capitulum. Signifi-
cat & lampadem pusillam. Gale. autor.

D E V

Deuerrendus, scopis purgandus. Deama
nomine Deuerram, coluit antiquitas: que
præerat domibus euerrendis. Conuertri-
tores dicti scoparij, illi scilicet, qui scopis a
prandio, aut cœna pauimenta deuerunt,
& purgamenta escarum tollunt, in Colu-
mella libro. 7. capite. 4.

Deustica, id est, cremata, tostæq; in prun-
is. Columella libro sexto, capite decimo
septimo.

D I A

Διὰ ἀνίσου, ex aniso confectio.

Dianthos, id est, ex floribus dendrolibani,
& rosarum, ut inquit Nicolaus.
sonat enim ἀνθος, florem græce. Hodie
pro confectioe ex Roremarimo solum
usurpant.

Διαβωρ, διαβρωσις, larga sanguinis euacua-
tio, & ruptura uenæ alicuius: quando uase
aliquo eroso, affatim accidit sanguinis eua-
cuationes, præcedente aut exiguo sputo,
atq; acribus in pulmone fluctionibus: ubi
quoq; pulmonis aliqua pars, aut ramentū
efferrī uidetur, Lege. Reiectio sanguinis.

Diacalanthos compositionem & usum, le-
ge apud Galenum libro quarto, de ualetu-
dine tuenda.

Διαχαλκίτεωσ καὶ φοινίκιον, emplastrum,
uel medicamen glutinandis ulceribus, ci-
catrice obducenda, & phlegmonis curan-
dis idoneum.

Diachysis, Delphinium apud Dioscoridē
libro. 3. capite. 82.

Διακλύσμα, collutio, cuiusmodi sunt medi-
camina quæ dentibus adhibentur.

Diachyton, Delphinium apud Dioscoridē
libro. 3. capite. 82.

Διακρόμμιον, medicamentum ex cepis.

Diacameron, id est, ducens hominē de mor-

te ad uitam, sic enim Nicolao placuit inter-
pretari: quo etymo, ipse uiderit.

Diacapregias, ex stercore caprino medica-
men. Hoc cum exactis annis cataplasma-
tis uicē usi fuissetus, pulchre & prospere
succellit res: Dij boni, q̄ nos riserant mar-
garitarum, & μεμυγμενιο scriptores: sim-
plicium rerum ita imperiti, ut pro ridiculo
habeant, huiusmodi in usus humanos adhi-
bere. Cum Dioscorides etiam neglectissi-
ma tela araneorum, & muscas, & alutarū
coria in multis ægritudinibus, etiam ipso-
rum moscho & ambrae preferat. At ego
huiusmodi simplicia malim, q̄ eorū χείρας
τῶν θεῶν: quæ quidem nō contemnimus,
si moderate & in tempore applicentur: in-
modicum eorum usum uituperamus.

Diacalamentum, a calamento electarium
apud Nicolaum.

Diacatholicon, uide, Catholicon.

Διακαρίων, confectio ex Caricis.

Diacitoniton, siue de Cotoneis malis con-
fectio, describitur ab Nicolao.

Diacobion, ab papauere nigro facta descri-
ptio apud Nicolaum.

Diacostum, a costo radice dicta confectio,
apud Nicolaum in Antidotario.

Diacurcuma quæ sit, uide apud Nicolaum
in Antidotario.

Diacuminum, etiamsi rectius legitur Dia-
cuminum, cumini cum alijs speciebus cō-
positio.

Διάχυσις, effusio, uel diffusio, & proprie ani-
mi sese laxantis et tristitiam excutientis, ut
est apud Aurelianum lib. 1.

Diadamascenon, compositio & electarium
ex prunis damascenis, apud Nicolaum
compositum.

Διαδάφνηδων, id est, ex baccis lauri medica-
mentum.

Diadema, uel ut Græcum habet Dioscori,
exemplar, Διάδεσμα, magicum ab Zoro-
aste illi inditum hortensis Maluæ nomē.

Diadragacanthum, a dragacantho cōfectio
pectoralis apud Nicolaum.

Διαγλάκιον, collyrii genus apud Cælium
Aureli. libro. 2.

Διάλευκον κρόκον, Crc ci quoddam genus
medio sui candidum.

Dialoes medicamenti confectioem, lege
apud Galenum de ualetud. lib. 5.

Dialutensis, id est, uario soli genere pasta-

*De xyprius Cons me
oim Hippocrat.
disputulub. Inc ab
Hecatomio Cavi
Voge missus quo
selys illius M. audito
Paxodaron de
sp. abili morbo la
borante mirari p
merode bolit qu
contra Caret fime
instabat, restatuz
stipulatus est. sri
psit modum libellu
und, prognosion
libros duos.
Smidas.*

D I
Delata ab lacte dicta, apud
in Antidotario.
die talow 99yiw. ardericum.
tis ex phrygio lapide pulchro
die yelawr. confectio de lac
tis est ad colomellæ curacione.
libro. 4.
Dagalinga, ex galanga con
Dains, ab In confectio, in
Nicolaum.
Damonos, Mandragora, apud
dem lib. 4. cap. 79.
Damanina, ex manna cōfectio
Damaragiton, ex margaritis
olis, apud Nicolaum.
Damaragiton, ex Melibio co
medicamentum.
Dameron, ab moris Celsi dictu
rum, & describitur ab Nico
dicario.
Diabolianum, ex opianis (ut
arium, ab olbano: sic inscrip
tao compositorum consarciu
Diacobion, aspergines sicut
tom triti medicamenti alicuius
corperibus, aut eorum partibus
lorandis, adstringendis, mollific
ella, & odorandis aliquand
tur. Sparguntur enim huiusmodi
cum unguentis linuntur corper
similiter. Marialis. Quid qu
uis miltum diapalma uenit
cui possunt pastilli, ex diure
fici, quos adolere consueunt
quos in paruas pilas redactas
stare solemus, præsertim peti
pore. Nos uulgo uocamus Pa
Vide Plin. lib. 17. cap. 11.
Diapente, potionis species ex m
ona, aristolochia, bacca la
boris confans. Confectio
Vegetius Inufomed. lib. 1. cap.
Diapauer, confectio a papau
apud Nicolaum.
Dipendion, a penidjs dictum
medicamentum. Vide Nicol
Dipalma, male in ueteri edit
ni lege. pro Diapalma. P
palmata quilibet. lege. Diapalm
Diparum, ex prallio herba me
tum, cuius cōfessionem uide
laum in Antidotario.

Dialacca, ab lacca sic dicta, apud Nicolaum in Antidotario.

διὰ λίθου φρυγίου, ædœicum, id est, confectio ex phrygio lapide pudendis factum.

διὰ γάλακτος, confectio de lacte, cuius usus est ad columellæ curationē, apud Paulum libro. 3.

Diagalanga, ex galanga confectio.

Diairis, ab Iri confectio, inscripta apud Nicolaum.

Diamonos, Mandragora, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 79.

Diamanna, ex manna cōfectio apud Nico.

Diamargariton, ex margaritis cōfectio cordialis, apud Nicolaum.

διαμελιώτου, ex Meliloto concinnatum medicamentum.

Diamoron, ab moris Celsi dictum electuarium, & describitur ab Nicolao in Antidotario.

Diaolibanum, ex opiatis (ut uocant) electuarium, ab olibano: sic inscriptum ab Nicolao compositorum confarcinatore.

διαπασματα, aspergines sicci, & in puluerem triti medicamenti alicuius, quæ totis corporibus, aut eorum partibus siccandis, laxandis, adstringendis, molliēdis, durandis, & odorandis aliquando insperguntur.

Sparguntur enim huiusmodi odores, cum unguentis liniuntur corpora, uel profunduntur.

Martialis. Quid quod olet grauius mistum diapasma uetus: Sic etiā uocari possunt pastilli, ex diuersis odoribus facti, quos adolere consueuimus.

Item ij, quos in paruas pilas redactas, manibus gestare solemus, præsertim pestilentiaē tempore.

Nos uulgo uocamus Pomū ambre. Vide Plin. lib. 13. cap. 21.

Diapente, potionis species ex myrrha, geniana, aristolochia, bacca lauri, & rasura eboris constans. Confecionem eius docet Vegetius Mulomed. lib. 1. cap. 10.

Diapapauer, confectio a papauere sic dicta apud Nicolaum.

Diapenidion, a penidijs dictum, pectorale medicamentum. Vide Nicolaum.

Diaplasmata, male in ueteri editione Galeni legitur, pro Diapasmata. Porro Diapasmata quid sint, lege, Diapasmata.

Diaprassium, ex prassio herba medicamentum, cuius descriptionem uide apud Nicolaum in Antidotario.

Diaprunis, compositio ex prunis Damascenis, apud Nicolaum.

διὰ πύρωσις, quando exesa parte aliqua sanguis exspuitur.

Diaphoretica, uis discussoria latine dicitur, hoc est, dissolutoria. Discutiuntur incipientia tubercula; emittuntur concocta, & suppurantia.

διαφορεῖν, Lege, Discutere.

Diaphoretica medicamenta, Lege, Discutere.

Diaphragma, quod septū transfuersum uocamus, neruosum quidem est, continens, & segregans quæ in ipso comprehenduntur thorace. Subter illud uiscera.

Diaponi, dicti Cretensium canum aliqui, quasi qui semper in certamine foris congregarentur.

διάρια, quæcumq; sui ratione una tantum die durat febris. Galenus uocat ἐφήμεραν lib. 4. Aphor.

Diarrhæa, est profluuium uentris non recens, sed longi temporis, cum torminibus, & multis excretionibus, quæ omnia corpus attenuatum debilitant.

Diarium, & Diarius uictus, καθὰ ἐκάστην ἡμέραν τροφή.

διαρρῆσις, temporalis corporum displentia.

Diarrhodon, a Rosis nuncupatum medicamentum, Abbatis scilicet inuentoris. Est & aliud, cui Iulij inditum est nomen, ab eodem scilicet compositionis autore.

διαρτήματα, Pauli Aeginetæ interpres, atq; noster præceptor Albanus Thorinus, suspensarum, aut compositarum rerum calorifica condita reddidit. Locus in libro secundo, cap. 58.

Diasatyrion, ex bulbis satyrj herbae electuarium, quod impotentibus cōposuit Nico.

Diasene, ex folijs senarū confectio est apud Nicolaum.

διὰ σμύρνης, compositio ex Smyrne.

διασολή, arteriæ sublatio, dilatatioq;.

Diatetica medicina. lege, Medicinæ partes.

Diatrion pipereon, medicamentum, quod ex tribus piperibus conficitur. Compositionem docet Gal. de ualeat. tuenda, lib. 4.

διὰ τριῶν ῥητινῶν, de tribus Resinis confectio.

διὰ θεοσις, id est, affectus, a διακίσις, id est, affici quodammodo deriuatur. Neq; Philoso

phis dumtaxat, sed reliquis omnibus Græcis in hunc usum receptum est. Etenim affectus generatim ad omnes pertinet, tum sanos, tum ægros, tum neutros. Insuper et cantum, & harmoniam, & orationē, et dictionem affici dicimus. Galenus lib. 1. de Symptomatum differentijs.

Διάβεισις, musculorum affectus ex conuulsione bulbum mouentium.

Diatheon, medicamenti genus, quod capiti laboranti imponitur, apud Cœlium Aurelianum.

Diauli cuiusdam meminit Martialis Epigrammatum libro primo his uerbis:

Chirurgus fuerat, nūc est uespillo *Diaulus*,
Cæpit, quod poterat, clinicus esse modo.
Et rursum. Nuper erat medicus, nunc est
uespillo *Diaulus*. Quod uespillo facit, fe-
cerat & medicus.

Διάφυλον, id est, mediolignum, cognomen-
tum *Asphalathi*, ut inquit Dioscor. Quia
enim lignosus frutex est, nec secus quam
solidiores arbores, solidiore interiore ma-
teria & medulla est. Ideo a Syris id nomē
inuenit. Competit enim ea uox omnibus,
quæ nec inania sunt, nec teneram, fungo-
samq; medullam habent, sed lignosa solidi-
tate duram.

D I B

Dibapha dicebatur, quæ bis tineta esset pur-
pura, ueluti magnifico impendio: qualiter
nunc omnes pene commodiores purpure
tinguntur. Plinius lib. 9. cap. 39.

D I C

Δικάρυνοι, *Δικάρωνοι*, bicipites.

Δικόρυφοι, biuertices.

Δίκκοκ. Vide, *ῥεῖα*.

Δίκροτ, sic pulsum eum uocant, cuius ge-
mini sunt pulsus.

Dicrotus, pulsus genus, a bis feriendo sic di-
ctus, apud Galenum libro de Pulsibus.

Dictamnus Cretensis, defertur ex Creta, fo-
lijs *silymbrijs*, ramis maioribus. Vide Dio-
scoridem lib. 3. cap. 37.

Dictamnus aliquibus syluestre *Pulegiū*
uocatur, Cretensis herba, acris, & leuis, pu-
legio similis, sed maioribus folijs, quæ spif-
sa lanugine turgent. Dioscor. lib. 3. cap. 35.
Theophrast. lib. 9. cap. 16.

Dictamno, nisi eā rursum uenus ab Ida de-
portet, omnino deficimus: flore enim, cau-
le, & semine carere debet, quibus nostra

hæc uulgaris maxime abundat: radicē ue-
ro habere tenuem, & inutilem, quæ nostræ
magna, & ad usum sola ueniens, neglectis
folijs, quæ imponenda essent pharmaco,
non radix. Manardus.

D I D

Διδυματόκ, id est, gemellus.

Διδυματόκοι, gemelli, & *Διδυματεγοκία*,
apud Theoc. *εἰδύλλειο*.

Didymus, panniculus quidam dicitur, du-
plici sinu testiculos continens: & mutuos
eorum cōtactus dispescit, idq; maxima na-
turæ solertia: ne si, ut adsolet, obledatur
unus, in alterum quoq; transeat uitiū. Qui-
dam seminaria uasa eodem nomine intel-
ligere maluerunt. Galenus in libro *Isa-
gogico*, *Didymos* testes uocat. Vnde il-
lud est in Græcis relatum monumentis.
Didymon tybicen in adulterio deprehen-
sus, ex τοῦ ὀνόματ' ἐκρεμάθη, id est, ex
nomine suspensus est, quod significat ἐκ
τῶν εἰδύμων. Quos *Auicenna* similitudi-
ne quadam etiam oua appellare solet.

D I E

Dies medicinalis est, qui spacio .23. horarū
cum .14. parte horæ continetur: ex quibus
quoq; diebus mensis medicinalis confici-
tur. August. *Nyphus* lib. de dieb. Criticis
enunciato. 11.

Dies decretorius, tēpus ipsum est, quo uir-
tus nostrorum corporum regitiua, per hu-
morum nocuorum perspicuam expulsio-
nē, certamine dimouere solet frequentius.

Dies indiciarius, est tempus, quo exitij, uel
secundæ ualetudinis notæ, ut plurimū ui-
sitari solent, ac præliambulū insurgere.

Dies prouocatorius, est tēpus, quo humor
nocuus uirtutem ad pugnam prouocat.

Διέφθος, biscoctus panis.

Diētetica, græce *διαιτητική*, medicina quæ
noctu medicabatur olim.

Διαιτική, medicina diætica.

Dietam, pro uiuendi modo ac lege capi, tū
alia multa indicio sunt, tū id quod autore
Celfo, *Diētetica* medicina inde est appel-
lata. Et Medicorū scholæ, uulgo regulam
uictus *Dietam* uocant.

Dietā uocatur is curationis ductus, contex-
tusq; qui per consuetam materiā efficitur.
Difficilis appetētia dicitur, quæ ibecillis est.
Diffusa, i. recondita in dolijs. *Vina* diffun-
di dicuntur, in apothecis, in uasis uinarijs.

in quibusdam...
Vina bibens...
Columel. lib. 3. cap. 1.

D I G

Digillus lewis, *Aizoon*, apud
Theoc. lib. 4. cap. 54.

D I L

Diazio, tumor est mollis, ac digi-
tus certus e sanguine & spiritibus
Paulus lib. 6. cap. 1.

D I M

Diamon, uocatur aqua, humore
quo maduerit quippiā. Ex
Sina aqua diebus aliquot macerata
linquitur liquor, ablinthij dicitur
græce ἀπλίνθια.

D I N

Dinosmos, *Coniza*, apud Dios-
cor. 1. cap. 115.

D I O

Diodes Medicus, scripsit plura, a
fin a ueteribus.

D I P

Diodorus, citatur a Plinio & Galeno
in ueteribus Medicis.

D I Q

Domedex aues dentes habent
igno colore, cætera candidæ. S.
comedis insula cernuntur. Plin.
capite. 44.

D I R

Dionetis aues. Lege, *ῥεῖα*.

D I S

Dionysia, *Hedera*, apud Dios-
cor. 1. capite. 199.

D I T

Dionysias, *Androsmon*, apud
lib. 3. cap. 174.

D I U

Dionysias, *Carantace*, apud
lib. 4. cap. 135.

D I X

Dionysiaci sunt tubercula, quæ
in capitis nascuntur.
Dionysia & *Methodori* inueni-
untur in herbis piscinarum. Plinius lib.
1. capite. 199.

D I Y

Dionysiacum est Geom.
de capite, perspicendoq;
ut, Theophrastus in *Astron.*
trinitatis. in τὸν δ' ἀπλίνθια.
in τὸν δ' ἀπλίνθια.

in quibus diu seruantur. Iuuenalis,
Ipse capillato diffusum consule potat.
Horatius, Vina bibes iterū tauro diffusa.
Verbi huius frequens usus est apud Plin-
nium, Iurisconsultosue, cæterosq; classi-
cos scriptores. Columel. lib. 3. cap. 21.

D I G

Digitellus Iouis, Aizoum, apud Dioscori-
dem lib. 4. cap. 91.

Digitus pedis, manuum digitis respondent.

Digitus medicus, auriculari proximus.

D I L

Dilatatio, tumor est mollis, ac digitis cedēs,
cuius ortus e sanguine & spiritu est, græ-
ce ἀνεύρισμα. Paulus lib. 6. cap. 37.

Diluta potio. Vide, κραινα.

Dilutum uocatur aqua, humorue aliquis,
in quo maduertit quippiā. Exēpli gratia.
Si in aqua diebus aliquot maceraueris ab-
sinthij scopos, deindeq; subtraxeris, qui re-
linquitur liquor, absinthij dilutū uocatur,
græce ἀπόβρυγμα.

D I N

Dinosmos, Coniza, apud Dioscoridem li-
bro. 3. cap. 135.

D I O

Diocles Medicus, scripsit plura, citatur pas-
sim a ueteribus.

Diodotus, citatur a Plinio & Galeno, ex ue-
teribus Medicis.

Diomedæ aues dentes habent, & oculos
igneo colore, cætera candidæ. Solę in Di-
omedis insula cernuntur. Plinius libr. 10.
capite. 44.

Diomedis aues. Lege, φίστις.

Dionysia, Hedera, apud Dioscoridem lib.
2. capite. 199.

Dionysias, Androsimon, apud Dioscor.
lib. 3. cap. 174.

Dionysias, Catanance, apud Dioscoridem
lib. 4. cap. 135.

Dionysisci, sunt tubercula, quæ in tempori-
bus capitis nascuntur.

Dionysij, & Methrodori inuentum primū
fuit, herbas picturare. Plinius libro. 25. ca-
pite secundo.

Dioptra, instrumentum est Geometricum,
ab explorando, perspicendoq;. Ptolome-
us, Theon, Proculus in Astrolabio, & Vi-
truuus lib. 8. ἀπό τοῦ διοπτρείου.

διοπτρα, instrumentum exploratorium, ad
uulnam aperiendam, quando uidelicet oc-

clusa apparet. Vsum eius uide apud Paly-
lum lib. 6. cap. 73.

διο βάλανος, id est, Castanea.

Dioscorides Anazarbæus, cognomento
Phacas, id est, Lentinus, quod lentigine
os dehonestaretur. Fuit autem sub Cleo-
patra, & Anthonio in Aegypto. Scripsit
libros. 24. ualde celebres ad Medicinæ u-
sum. Nec ultra quicquam apud probatum
autorem memini me legisse. Suidas.

Diosgenia, Chrysocome, apud Dioscoridē
lib. 4. cap. 58.

Diosporon, Lithospermon, apud Dioscori-
dem lib. 3. cap. 159.

Diospogon, Chrysocome, apud Dioscori-
dem lib. 4. cap. 58.

Diospoliticon medicamentum. Eius com-
positio duplex est, ut inquit Galenus. 4.
de sanita. Alias ex paribus omnibus, cum
no, pipere, ruta, nitro, potestq; ita magis
uentrem soluere. Alias cum reliquorum
pari pondere, miscetur nitri dimidium.

διοσπυρον, ut inquit Herm. Barbar. idem
significat apud Theophrastū, quo d apud
Plinium, & Dioscoridem λιθόσπερμον.
Nec Theodorū satis probat, qui diospy-
ron, Iouis flammam interpretatus est.

D I P

διπλάχυν, quod duorum cubitorum altitu-
dine est.

Diphrygis tria genera, lege apud Diosco-
ridem lib. 5. cap. 111.

διφθέρια, uestis pastoralis, ex pellibus ouium,
uel caprarum.

διπλωμα, fictile, aut æneum uas, ut inquit
Paulus, in quo ad ignem densantur oua,
quæ ille uocat πνικτά, id est, suffocata.

Plus dipondio & semisse, id est, plus duo-
bus pedibus & dimidio. Peculiaris hæc
eloquutio est Columellæ, de qua iam su-
pra diximus. Columel. lib. 4. cap. 1. Et Di-
pondio, & Dodrante, id est, duobus pedi-
bus, & nouem unciarum. Columella libr.
3. capite. 13.

Diptarmice, idem quod Ptarmica. Lege,
quid sit Ptarmica.

Dipsacos, Cardus fullonum, notissima her-
ba, de qua uide Dioscor. lib. 3. cap. 12.

διψακός. Lege, νεφρίτις.

Dipfos, ab argumento sic uocatur; ictū ab se-
siti inexplibili necat, breuis, colore albus,
cauda duab. nigris lineis intersecta. Aelia,

Dipsacos diabetes, morbus ab inexplibili siti sic dictus, apud Aetium lib. 11. cap. 1.
δυσίτικότερα, siti efficiētia.
Dircea, Mandragora, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 79.
Dircea, idem quod Circea, apud Dioscor. lib. 3. cap. 133.
Dircion, Solanum somniferum, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 76.
δερήν, Græci collum uocant anterius. Inde & similitudine quadam, in angustum definens, prominentia, superciliumue, dicitur Dircea.

D I S

Discoelii, qui duriores sunt aluo.
Discolor, Lege, Color uarius.
Discutere, uerbum est medicinale. tubercula enim discutuntur, aut emittuntur. Discutiuntur interdum, id est, dissoluuntur. Discutiunturque incipientia, ne suppurent: quod fieri solet, cum in aliquem locum incommodum humores ingruunt. Emissionem autem suppurantia, & iam concocta, aut nature sponte, aut cultello, uel cauterio adhibito. Quod fit, cum humores ad locum opportunum erumpentes, eliciuntur, etiam medicamentis, & euocantur, ut ulcera prorsus exinanentur, id est, putem & sanie egerant. Inde discussoria medicamenta, id est, diaphoretica. Discutere alioqui est disijcere, & disturbare.
Discussoria medicamenta. Lege, Discutere.
δισκοιλίοι, quibus difficulter aluus it.
Discoia, grauitas auditus.
Discoria in locis fit, quando locorum angustia redditur.
Discretorium, id quod uulgo, & bene graece *διάφραγμα*.
Dispepsia, deprauata in uentriculo concoctio.
Dispositio propria, quæ nulla urgente, manente causa durat. Galenus de locis affectis libro primo.
Differenda, per interualla ferenda. Colum. libro. 11. cap. 3.
Dissimilares partes hominis sunt, brachium, caput, organa.
Distabescere, colliquefcere, corrumpi, ualde tabescere, nomē spectās ad myropolia.
Distillationes priuata, id est, Catharri.
Distributio, est attractio concocti, & sanguificati nutrimenti per omnes corporis partes. Alij dicunt sic: Distributio est attra-

ctio concocti nutrimenti, a calore naturali, in totum corpus, cum propria mutatioe & confectione.
Distramenta calami, id est, ipsæ partes calami contusæ
Distichia. Lege, Palpebrarum uitia.
δισίχιασις, pilorum succretio præter naturam in palpebris. Vel,
δισίχιασις, pilorum geminatus exitus præter naturam in ordine naturali palpebræ: qui ex pituitæ effectū euenit, cum multus quidem, minime tamen mordax, atque acris distillans humor est. Vide Paulum libro sexto, cap. 8.
Distentio membrorum, spasmus est.

D I T H

Dithiambrion, Hyoscyamus, apud Dioscor. lib. 4. cap. 72.
διθημβριον, perdicum more perdere.

D I V

Diuaricare, est disijungere, separareque: quod quidem proprie faciunt, qui stant ducti. Cato. Arbores hoc modo putentur, Rami diuaricentur, quos relinques. &c. Sub Diuo, sub Ioue, sub cælo libero et aperto. Dicimus & sub Dio. Vnde Subdialis deriuatur. Columella libro sexto, capite tertio.

D O D

δωδεκαδάκτυλον, intestinum, quod uulgo duodenum uocant, ab longitudine duodecim digitorum, principium aliorum intestinorum, priusquam in orbem, anfractusque conuoluantur.

Dodocaton. Vide, *ἐκφυσις*.

D O G

Dogma, & proprie, et communiter dicitur. Communiter, quidem ex rei euidētia consensus, & compositio. Proprie autem magis, logica, & rationalis secta, siue hæresis dogmatica uocitata est.

δωγματα ἐρπέτων, ictus serpentum.

D O L

Dolia, Cicutæ, apud Dioscoridem libro. 4. capite. 92.
Dolia, quæ scrobes nominantur, ignitæ impressiones, ab earum rerum similitudine nomina mutuuntur.
Dolium exudatoriū, Laconici species, Germanis hodie in usu, nec improbatum. Vsi sunt olim & ueteres, ut inquit Aetius sermone. 13. cap. 54.

Dolichos, Theodorus Garzafin
 p. 10. qui & Lobus, siue Lobus
 ur. Soli cum thecis suis manent
 tis. Scandunt hinc pedamentum
 tum, prælongo affixo. Ita enim
 tum frangi, contrahentes arripunt
 Semen eius cum non patitur
 cilit, ut aphara. Nec desinit
 ue Dolichos a ueteribus pro
 itos existimant, & a recentioribus
 Cæterum Theophrastus, & am
 phrastus Hippocrates, p. 10. a
 phrastus manifeste separauerunt. De Ph
 manifeste separauerunt. De Ph
 eorum meminit nisi quis Ph
 quibus. Dolichorum appell
 ion. Sed non semper Paulus
 tros, & Phasolos, a Lobis
 est. Dolichus manifeste scium
 dam putat Lobos esse, non ca
 & trinitales Phasolos, sed r
 lace herba. Alioqui idem Ph
 dam compositione Phasolos
 bos: quasi sint etiam non albi
 res. Meminit Phasolorum
 lib. 2. Theophrastus lib. 2.
 Dolor nature, est alteratio, ut in
 potest.
 Dolor per consensum, uel affectum
 mentem uocatur, qui est ex m
 orum membro compatiente. Gal
 de locis affectis, cap. 1.
 Dolor tenax dicitur, quod
 sensum inducunt.
 Dolorum multas, & innumera
 num eorum quos causatione
 eorumdem, uide copiosissime
 lib. 2. de locis affectis.
 Dolor pulsatorius, siue uirg
 parte primario affectu, ueni
 epiens, celeriter in partes
 berunt. Galenus libro secun
 dario, cap. 2.

D O M

Dompeta Lege, Cochlea.

D O N

Dona Lege, Harundo.

D O R

Dora Lege, Erullia.

δωρα, id est, Dorcalium

pulsu, quæ interuallans con

nox coartat uelociter. Sumpt

tiy ab antiquis natura.

D O

Dolichos, Theodorus Gaza filiquas interpretatur, qui & Lobi, siue Lobia nominantur. Soli cum thecis suis manduntur in patinis. Scandunt hijs pedamento cui accubant, praelongo affixo. Ita enim reddi putant frugis, contrahentes aeruginem, ni fiat ita. Semen eius euum non patitur, breuiter marcescit, ut aphata. Nec desunt qui Lobos, siue Dolichos a ueteribus pro Phasiolis dictos existiment, & a recentioribus pisos. Ceterum Theophrastus, & ante Theophrastum Hippocrates, pisum a Dolicho manifeste separauerunt. De Phasiolis nusquam meminit: nisi quis Phasiolos ab eo significatos, Dolichorum appellatione censet. Sed non semper Paulus Pisos, & Ochros, & Phasiolos, a Lobis, siue quod idem est, Dolichis manifeste se iunxit. Illud quidam putant, Lobos esse, non candidos istos, & triviales Phasiolos, sed rubentes ex micace herba. Alioqui idem Paulus in quadam compositione Phasiolos requirit albos: quasi sint etiam non albi, utique ad renes. Meminit Phasiolorum Dioscorides lib. 2. Theophrastus lib. 8.

Dolor naturæ, est alteratio, ut inquit Hippocrates.

Dolor per consensum, uel assensum, siue communitatem uocatur, qui est ex membro alteri membro compatiente. Galenus lib. 3. de locis affectis, cap. 1.

Dolores tensui dicti sunt, quod extensionis sensum inducunt.

Dolorum multas, & innumeras origines, tum eorum quoque causationem, et species eorundem, uide copiosissime apud Galen. lib. 2. de locis affectis.

Dolor pulsatorius, siue turgidus, est, qui a parte primario affectu, ueluti in radice incipiens, celeriter in partes adiacentes transfertur. Galenus libro secundo de locis affectis, cap. 2.

D O M

Domipeta, Lege, Cochlea.

D O N

Donax, Lege, Harundo.

D O R

Dora, Lege, Eruiia.

δορκάδισον, id est, Dorcadifans, uocatur pulsus, qui interuallatus conquiescit, ac mox cooritur uelociter. Sumpta nuncupatio ab animæ similitudine naturæ, & motu.

D O

δορκὰς item herbae nomen, si Barbaro credimus, & Aetio, naribus uitiosis, & foetentibus accommodatum.

δορκὰς, caprae genus. Lege, Dorx.

Dorcam, Capream, quidam pro ceruino pullo interpretantur non recte.

Dorcadias herba, quæ alias Mustium, confert passionibus hepatis. Ea utitur Aetius sermone, 10. cap. 2.

Dorcidion, Dictamnium, Dioscor. lib. 3. ca. 35.

Dorycnion, Solanum somniferum, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 76.

Dorycnion, siue Dorychnion, tam per c, quam per ch, aliud genus a Solano somnifero, apud Dioscor. lib. 4. cap. 78. Sic dictum fortasse, quod cuspides telorum inficere mos esset illo.

Dorycnion, Pyrethrum, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 84.

Dorysatum, secundum Aegyptios Ginguidium.

Dorx. De hac fere in hæc uerba Barbarus. Non placet, inquit, quorundam distinctio inter Dorcadem, & Dorcem, quasi Dorcas ceruinus pullus sit, Dorx animal diuersum: cum Dorcas Aristoteli non ceruum, sed capream significet. Certe Dioscorides in coaguli mentione Dorcadem a Dorce separauit. Hæc Barbarus.

D O S

Dositheus Medicus, citatur ab Aetio sermone, 8. capite, 63.

D O T

δοθίνες, tumores, & cum tumoribus abscessus sunt, qui ex crassis humoribus in carnis plærunque partibus fiunt: mites, cum in sola cute coierint: malefici autem, cum ex alto in superficiem & summam cutem emergunt. Plinius utrumque malum Strumam uocat: quia forte in utroque tumore uidit. Verum ut in Græcis manifeste deprehenditur, *ἐν ταῖς χοιράσι*, in ijs quas ea gens Choeradas nominauit, præcipua mala, nota duricies est: *ἐν δοθίνῃσι* autem tumor, & cum tumore abscessus.

Dothien, furunculus.

D R A

Drabis herba, ad cubiti altitudinem assurgit, tenues spargens ramos, & ex utroque latere folia ceu Lepidij, sed molliora, & candidiora: in cacumine uero Sambuci umbellam gerit, candidos flores habentem.

D R

Herba hæc cum ptisana coquitur, in Capadocia maxime. Semen aridum pro pipe re opsonijs ammiscetur. Quidam Araba, uel Arabas legunt in Dioscoride libro. 2. Neq; Galenus, neq; Paulus ullam huius herbæ mentionem faciunt.

Dracanon, Erythrodanum, apud Dioscor. lib. 3. cap. 161.

Draco, Dracunculorū generis, herba quæ mirabili quodāmodo ex semine lini incluso, raphanis, aut scyllæ bulbus, atq; in terra obrutus nascitur, pusilla, nigra, ac minuto semine: folio tenui, & oblongo, acri, & utranq; originem prodente, linguā & folio & radice amburens, & aceti, et salis gustu. Pyrethrum sunt qui a ueteribus appellatam falso putent hanc, inter olera acetaria gratissimam. Hæc Barbarus.

Draco acetarius, Pyrethrum apud Barbar. in Corollario Pyrethri.

Draconcia, Arum.

Dracunculus, a caule draconis uario dicitur, siue a cauda quæ illi subrutilla est, & draconis intorti modo inuoluta. De Dracunculis lege apud Dioscor. lib. 2. cap. 183.

Draco appellatur palmes emeritus, pluribusq; induratus annis.

Dracontion, siue Dracunculus, est ulcus, delationē a membro ipso uicino, ad ipsum habens nocuum. Dicitur autem Dracontion, quod in motu neruus secedit ad ulcus, & occultatur in eo.

δράκων θαλάσσιος, Draco marinus. Hunc sic nominat Dioscorides lib. 2. fortasse, ut distingueret ab Draconibus Aethiopiæ, qui (ut inquit Aetius) nō ueneno, sed dentibus opprimunt. De quibus & Plinium uide lib. 9. cap. 25. & Solinum.

δράχμη, & mensuræ, & ponderis genus. Vide infra de Ponderibus.

Dracontium, morbus apud Indos & Aegyptios, in membris musculosis proueniens, uidelicet, gutture, brachijs, coxis, cruribus. Quem morbum Soranus ex animali quodam simili inter cutē innato dicit procedere. Paulus animal esse negat. Nos inter Hernicos hoc malum frequenter cognouimus.

Dragoras, Medicus.

δριμια, acria.

Drimypagiæ, cibi acriores sunt ciendis uomitibus paratæ.

D V

Dropax, siue græce δρώπαξ, a distribuendo in corpus alimento nomen inuenit: & est medicamentum, quod nutriendo etiā corpori conuenit. Galenus quinto de Saniatate tuenda.

Dromedarij, cameli electi, & ad cursum expeditissimi. Sic dicti a currēdo, ut suspicor.

Druppa, id est, oliua adhuc immatura, incipiens nigrescere. Plinius lib. 12. capite. 22. πίπρω alias uocant.

δρῦς, Quercus.

δρῦς uocabulo tametsi præcipue quercus, tamen etiam alia ligna designantur: unde γεράνδρῦον pro ueteri, & ambusta quacunq; arbore accipiūt, quasi uetus ramale.

δρυπετά, id est druppa, matura oliua, subnigra, & pinguicula. Plin. lib. 15. cap. 1.

Dryopteris, Illicum generis. Dioscorides lib. 4. ca. p. 199.

δρῦς, πᾶν δένδρον ἐκάλουν οἱ ἀρχαῖοι δρῦν, Nicander interpret.

D V C

Ductarius fumus, qui per orbiculos trochileæ trañcitur.

Ductilia sunt, quorum superficies non tota in latū pariter ac profundum migrare eodem ictu potest. 4. Meteo.

D V L

Dulcis radix, Glycyrhiza, apud Dioscor. lib. 3. ca. 6. & Celsum lib. 5. cap. 20.

Dulcandus. a. um. uocabulum Q. Sereno admodum familiare, compositum ut apparet, ex dulci, & acido.

Dulciaria ex nucleis pineis, & amygdalis condiebat antiquitas, sed & cum melle: unde non recens est hoc inuentum.

D V O

Duodenum. Vide, ἐκφυσίμ.

D V R

Sint Duramina. Brachia in uitibus modera menta, uocant modo Duramina. Plinius. Relicto semper duramento in singulis tabulatis. lib. 4. cap. 22.

Durella. Lege, Eruilia.

Durum uocatur, quod per summa in sese non refugit. Aristot. lib. 4. Meteor.

D Y O

Dyocles Carystius post Hippocratem, de inde Praxagoras, & Erasistratus sic artem exercuerunt, ut etiam in diuersas curandi uias præcesserint. Fuit autem herbarie medicinæ sectator Dyocles. Citant hunc ali-

D Y

quoties Plutarchus, Plinius, & Galenus. Scripsit Epistolam de bona ualitudine ad Antigonum, quæ a Copo latinitate donata, etiam nunc ab omnibus legitur.

Dyoscyamos, Hyoscyamus apud Dioscor. libro. 4. capite. 72.

D Y P

Dyptæ. Lege, Mergum.

D Y S

δυσκοιλίοι uocantur apud Paulum, quibus difficilior est aluus.

δυσηκοία, grauitas auditus, uel incertus aurium sonus.

δυσεντέρια, tormen, & intestinorum exulceratio, cum inflammatione & excretionem sanguinolentorum, fœculentorumq; uentrem & intestina dolor exercet: frequens desidendi uoluptas est. Α δύσ, quod est, malum, & εντέριον, quod est intestinum. Teut. Bluotruror. Nonnulli non solum hanc, sed aliam quoq; quæ cruenta, ob excrementorū speciem nominatur, dysenteriam appellant. Nam interdum syncerus, plurimūque sanguis, interdum ueluti limus, & feres ipsius nō pauca quantitatē excernuntur. Verum hæc affectio iocinoris species esse censetur. Ea uero per quā syncerus multusq; sanguis excernitur, uniuersum corpus plærumq; euacuat. Galenus de locis affectis. lib. 2.

δυσεπούλωτα, ulcera quæ cicatricem ægre ducunt.

δυσοκία, pariendi difficultas, quæ fit uel parientis ratiōe, uel infantis, aut του χωρίου, crassi nimis, aut prætenuis.

δυσωδία, grauitas anhelitus.

δυσονέριον, quod tumultuosa insomnia excitat.

Dysofmos, Scordium, Diosc. lib. 3. cap. 123.

δύσοσμα, fœtida.

δύσπεπτα, inconcocta.

δυσπέψια, ægra uentriculi concoctio: quæ Plinius cruditatem appellat. ἀπὸ του πέψω, id est, coquo & digero. Fit autem, ut inquit Gale. de locis affect. lib. 4. aut ob uirium imbecilitatem, aut uiarum spiritus angustiam, aut uehementem in corde & pulmone calorem.

δυσπνόια, uocatur imodica spiritus retentio, inordinata spiratio, uel spirandi difficultas. Inde δύσπνοικοι, qui hoc affectu laborant, quib. per angustias redditur spiritus elisus.

D Y

δυσπεπτον, quod ægre concoquitur.

δυσουρία, quibus lotium ægre exit, idem quod Stranguria: quæuis eam Galenus a Stranguria dispescuerit. Quoniam hæc modo fit δυσχερία του ουρειν: hæc uero κατὰ σράγνα ουρησις.

Dysuria, urinæ difficultas.

D Y T

Dyticon, Volucrū apud Diosc. lib. 4. ca. 15.

Dyticos, Smilax apud Diosc. lib. 4. ca. 145.

E A R

Εαρ græce, latine Ver uocant.

E B E

Εβη, pubes, uel pubertas ipsa.

Ebenitis, Polium montanum apud Dioscoridem libro. 3. capite. 122.

Ebenus, Indiæ arbor preciosissima, insigni magnitudine. Plinius libro. 12. capite. 4. Dioscor. libro. 1.

Εβην Græce uocant, quod nos pubem: & eandem multis quoq; nominibus alijs.

Ebucum dicimus, qui illam sentit animi tarditatem & stuporem, qui hallucinantibus plærumq; usui uenit, autoritate Festi Pompei grammatici.

Ebulus, Chamæacte apud Dioscoridem libro. 4. capite. 135.

Ebur Græcis uocatur ελεφασ, eodem scilicet quo ipsum animal nomine, ex quo desumitur: quamq; animal ipsum et Elephanta quoq; uocatur a græmaticis uulgo. Ebur uero alij cornu, alij dentem esse uolunt Elephanti.

E C

εκκόπη, ictu infringere.

εκκόπη, quasi effractio, caluæ diuisio, in qua offensum os disruptum fuerit. Quod si in hoc genere a reliquo osse pars offensa discesserit, Apocseparnismos tunc dicitur. Præterea εκκόπη, ictu infringere est. σκεπάριζεν, unde & fit Apocseparnismos, est ancipiti securi percutere. σκεπάριον enim Græci securim significant: & quoniam grauiore eius ictu percussa ossa distiliunt, ideo huiusmodi caluæ fractura sic nominata est.

E C H

Echæneas, uel Achenas Græci uocant ceruorum genus prægrande.

Echeonymon, Polycnmeon apud Dioscor. libro. 3. capite. 107.

εχίδνη, Lege, Vipera.